

quo rex dixisset illam Syrorum fugam sibi valde videri suspectam, ac tandem timendum ne in simulatâ trepidatione et fugâ laterent insidie, neque vana aliis suspicio videretur, staterunt antequam populus tumultuariè, ut solet, cum sese ostentat præda, extra moenia procurreret, explorare solertiùs an aliquis ibi instructus esset dolus, et quod esset Syrorum consilium. Quod fecerunt duobus equis assumptis, qui fermè ex omnibus erant reliqui. Qui cum apertè cognovissent nihil ibi timendum esse doli, omnes ad prædam advolant, ex quâ præter alia ornamenta, tantùm retulerunt frumentum atque hordei, ut uno statere, juxta prophetæ vaticinium, unus frumentum, et duo hordei modii venirent in portâ Samariæ. Tunc autem rex virum illum principem, de quo supra, qui vanam crederat factaveratque prophetæ promissionem, constituit ad portam civitatùs, ut suâ auctoritate contineret tumultuantem populum, ne dùm avidus prædæ sine ordine erumpit, et pacem turbat tamdù desideratam, et id in seipso, dùm ad prædam inliant, afferant mali, quod hostis tamdù præstare non potuit, qui tam abfuit, ut turham, quasi ruptis aggeribus fluvium erumpentem, continere poterit, ut illius pedibus conculcatus in ipso civitatùs aditu fuerit extinctus, ne qua pars prophetici vaticinii pondere careret et fide. Quod Rab. Salomon, ut refert Lyra, putat hos quatuor leprosus esse Giezi, et tres illius filios, perridiculum, et merè nugax: neque aliud habuit fundamentum, quàm quòd illi et liberis ipsis, ut minatus fuerat Eliseus, adhesit lepra Naaman. Quasi tunc Giezi cum totâ familiâ viveret in Samariâ, aut nullus præter illum eo tempore leprosus in illâ regiâ civitate foret. Optimè commentum hoc Rabbanicum consultat Abulensis q. 12. (1)

(1) Vers. 10. — NISI EQUOS ET ASINOS ALLIGATOS. Alligatos nempe præsepio, cum potius posterioribus pedibus alligatos, commendatosque defixo paxillo, pro veteri more, hodie pariter apud Orientales perseverante, ubi non raro occurrunt errantes in agro equi ita fune devincti. (Calmet.)

CAPUT VIII.

1. Eliseus autem locutus est ad mulierem cuius vivere fecerat filium, dicens: Surge, vade, tu et domus tua, et peregrinare ubique repereris; vocavit enim Dominus famem, et venit super terram septem annis.

2. Quæ surrexit, et fecit juxta verbum

VERS. 13. — TOLLAMUS QUINQUE EQUOS, QUI REMANSERUNT IN URBE, QUIA IPSI TANTUM SUNT IN UNIVERSA MULTITUDINE ISRAEL. Hebræus: *Capiamus quinque equos, qui remanserunt: ecce ipsi secundum omnem multitudinem Israel, qui consumpti erant; et mittamus, etc.* Mitendi sunt quinque isti equi in urbe residui, cum aliis interfecti fuerint, sive in usum cibi, sive fame evecti. Sunt autem equi isti, quemadmodum et reliqui cives, extenuati fame, et famjam morituri, ut nihil prohibeat quin obijciantur discrimini, quippe quibus nihil infanctius timendum sit, quàm quod imminet universo populo, nempe interitus. Septuaginta: *Sumant nunc quinque equos, qui remanserunt hic (ecce sunt ad omnem multitudinem Israel, quæ defecit), et mittamus illic.* Constat utique aliter illos legisse Hebræum ac nos, quemadmodum auctorem Vulgatæ. Syriacus: *Abducantur quinque ex equitibus, qui reliqui sunt; et capti fuerint, censeantur cum universo populo Israelis qui perierunt, et mittamus exploratum.* Arabs: *Mittamus jam quinque ex equitibus residuis, qui remanent illic; si evaserint, computabuntur inter eos, qui reliqui sunt ex Israelitis; si autem perierint, censebimus eos perinde ac reliquos Israelitis qui perierunt.* (Calmet.)

VERS. 14. — ADDUXERUNT ERGO DIOS EQUOS, È QUINQUE RESIDUIS IN URBE. Primò quidem decretum fuerat quinque equos, deinde visum est duos mittere. Rabbinita exponunt versiculum 13: *Sumamus aliquos ex illis quinque equis, qui soli remanserunt...* V. 14. *Acceptantur igitur duos equos, etc.* Hebræus hujus textus fert: *Tulerunt duos currus equorum; vel duos currus, quos equi trahabant. Biga equorum jungebatur singulis curribus.* Syriacus: *Duo paria equitum, vel, quatuor equites vectos equis, etc.* Septuaginta, Arabs, et optimi plures interpretes non nisi binos equites et equos totidem agnoscunt. Hebræum accipiunt de duobus equis curribus, vel militibus, doctis trahere militares currus; ut potius sit *currus equorum, pro equis curribus.* Sed cur textus, ferens perspicuè duos currus vocatos. Ducti sunt igitur duo currus, quos singulos bini equites trahabant. (Calmet.)

VERS. 17. — QUEM CONCLUCAVIT TURBA IN INTROITU PORTÆ, QUIA PORTA ERAT ANGSTA, ET TURBA INGENS; QUÆ FAME RABIDA QUASI FUREBAT AD CIBUM, QUI ERAT IN CASTRIS SYRORUM; unde ipse dux portæ volens hanc turbam moderari, et in partes dividere, ne se mutuo comprimeret, ab eadem violenter irrumpebat oppressus et contritus est; ita Elisei oraculum per omnia verum certumque fuit. (Corn. à Lap.)

CHAPITRE VIII.

1. Or, avant que cette famine arrivât, Elisée parla à la femme dont il avait ressuscité le fils, et lui dit: Levez-vous, vous et votre famille; et allez séjourner partout où vous pourrez, car le Seigneur a appelé la famine, et elle viendra sur la terre d'Israël pendant sept ans.

2. Cette femme se leva donc, selon ce que l'homme de Dieu lui avait dit; et, parlant avec

hominis Dei, et vadens cum domo suâ, peregrinata est in terrâ Philisthiim diebus multis.

3. Cùmque finiti essent anni septem, reversa est mulier de terrâ Philisthiim; et egressa est ut interpelleret regem pro domo suâ et pro agris suis.

4. Rex autem loquebatur cum Giezi, puero viri Dei, dicens: Narra mihi omnia magna quæ fecit Eliseus.

5. Cùmque ille narraret regi quomodò mortuum suscitasset, apparuit mulier cuius vivificaverat filium, clamans ad regem pro domo suâ et pro agris suis. Dixitque Giezi: Dominè mi rex, hæc est mulier, et hic est filius ejus quem suscitavit Eliseus.

6. Et interrogavit rex mulierem, quæ narravit ei. Deditque ei rex eunuchum unum, dicens: Restitue ei omnia quæ sua sunt, et universos redditus agrorum à diè quâ reliquit terram usque ad præsens.

7. Venit quoque Eliseus Damascum. Et Benadad rex Syriæ agrotabat; nuntiaveruntque ei, dicentes: Venit vir Dei hæc.

8. Et ait rex ad Hazael: Tolle tecum munera, et vade in occursum viri Dei, et consule Dominum per eum, dicens: Si evadere potero de infirmitate meâ hæc?

9. Ivit igitur Hazael in occursum ejus, habens secum munera, et omnia bona Damasci, onera quadraginta camelorum. Cùmque stetisset coram eo, ait: Filius tuus Benadad rex Syriæ misit me ad te, dicens: Si sanari potero de infirmitate meâ hæc?

10. Dixitque ei Eliseus: Vade, dic ei: Sanaberis; porrò ostendit mihi Dominus quia morte morietur.

11. Stetitque cum eo, et confurbatus est usque ad suffusionem vultûs; flevitque vir Dei.

12. Cui Hazael ait: Quare dominus meus flet? At ille dixit: Quia scio quæ facturus sis filiis Israel mala; civitates eorum munitas igne succendes, et juvenes eorum interficies gladio, et parvulos eorum elides, et prægnantes divides.

13. Dixitque Hazael: Quid enim sum

sa famille, elle séjourna long-temps dans la terre des Philistins.

5. Après que les sept années de famine furent passées, la femme revint du pays des Philistins, et se rendit auprès du roi pour lui redemander sa maison et ses champs.

4. Le roi parlait alors avec Giezi, serviteur de l'homme de Dieu, et lui disait: Conte-moi toutes les merveilles qu'a faites Elisée.

5. Et comme Giezi rapportait au roi de quelle manière Elisée avait ressuscité un mort, la femme dont il avait ressuscité le fils vint se présenter au roi, le conjurant de lui faire rendre sa maison et ses champs. Alors Giezi dit: O roi mon seigneur, voilà cette femme, et c'est là son fils qu'Elisée a ressuscité.

6. Le roi ayant interrogé la femme même, elle lui raconta tout. Le roi envoya avec elle un eunuche, auquel il dit: Faites-lui rendre tout ce qui est à elle, et le revenu de toutes ses terres depuis le jour où elle est sortie du pays jusqu'à aujourd'hui.

7. Elisée vint aussi à Damas. Et Bénadad, roi de Syrie, était alors malade; et on lui dit: L'homme de Dieu est venu dans ce pays.

8. Et le roi dit à Hazael: Prenez des présents, et allez au-devant de l'homme de Dieu, et consultez par lui le Seigneur pour savoir si je pourrai relever de cette maladie.

9. Hazael alla au-devant de l'homme de Dieu, menant avec lui quarante chameaux chargés de présents, de tout ce qu'il y avait de plus précieux à Damas. Hazael s'étant présenté devant Elisée, lui dit: Bénadad, roi de Syrie, votre fils, m'a envoyé vers vous pour savoir s'il pourra relever de sa maladie.

10. Elisée lui répondit: Allez, dites-lui: Vous serez guéri; mais le Seigneur m'a fait voir qu'il mourra assurément.

11. Et l'homme de Dieu s'arrêta avec lui, et il fut ému, et son émotion parut sur son visage, et il versa des larmes.

12. Hazael lui dit: Pourquoi mon seigneur pleure-t-il? Elisée lui répondit: Parce que je sais combien de maux vous devez faire aux enfants d'Israël; vous brûlerez leurs villes fortes, vous ferez passer au fil de l'épée leurs jeunes hommes, vous écraserez leurs petits enfants, et vous fendrez le ventre aux femmes grosses.

13. Hazael lui dit: Que suis-je moi votre

servitor, un chien, ut faciam rem istam magnam? Et ait Eliseus: Ostendit mihi Dominus te regem Syriae fore.

14. Qui cum recessisset ab Eliseo, venit ad dominum suum. Qui ait ei: Quid dixit tibi Eliseus? At ille respondit: Dixit mihi: Recipies sanitatem.

15. Cūque venisset dies altera, tulit stragulum, et infudit aquam, et expandit super faciem ejus; quo mortuo, regnavit Hazael pro eo.

16. Anno quinto Joram filii Achab, regis Israel, et Josaphat, regis Juda, regnavit Joram filius Josaphat, rex Juda.

17. Triginta duorum annorum erat cū regnare cōpisset, et octo annis regnavit in Jerusalem.

18. Ambulavitque in viis regum Israel, sicut ambulaverat domus Achab; filia enim Achab erat uxor ejus; et fecit quod malum est in conspectu Domini.

19. Noluit autem Dominus disperdere Judam propter David servum suum, sicut promiserat ei ut daret illi lucernam et filius ejus cunctis diebus.

20. In diebus ejus recessit Edom ne esset sub Judā, et constituit sibi regem.

21. Venitque Joram Seira, et omnes currus cum eo; et surrexit nocte, percussitque Idumæos, qui eum circumdederant, et principes eorum; populus autem fugit in tabernacula sua.

22. Recessit ergo Edom ne esset sub Judā, usque ad diem hanc. Tunc recessit et Lobna in tempore illo.

23. Reliqua autem sermonum Joram, et universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum Regum Juda?

24. Et dormivit Joram cum patribus suis, sepultusque est cum eis in Civitate David. Et regnavit Ochozias filius ejus pro eo.

25. Anno duodecimo Joram filii Achab, regis Israel, regnavit Ochozias, filius Joram regis Juda.

26. Viginti duorum annorum erat Ochozias cū regnare cōpisset, et uno anno

servitor, un chien, pour faire de si grandes choses? Elisée lui répondit: le Seigneur m'a fait voir que vous serez roi de Syrie.

14. Hazael, ayant quitté Elisée, vint retrouver son maître, qui lui dit: Que vous a dit Elisée? Il lui répondit: Il m'a dit que vous recouvrerez la santé.

15. Le lendemain Hazael prit une couverture, qu'il trempa dans de l'eau, et l'étendit sur le visage du roi pour l'étouffer; et, le roi étant mort, Hazael régna en sa place.

16. La cinquième année de Joram, fils d'Achab, roi d'Israël, et sous le règne de Josaphat, roi de Juda, Joram, fils de Josaphat, régna sur Juda.

17. Il avait trente-deux ans lorsqu'il commença de régner, et il régna huit ans, dans Jerusalem.

18. Il marcha dans les voies des rois d'Israël, comme la maison d'Achab y avait marché, parce que sa femme Athalie était fille d'Achab; et il fit le mal devant le Seigneur.

19. Mais le Seigneur ne voulut pas perdre entièrement Juda, à cause de David, son serviteur, selon la promesse qu'il lui avait faite de lui conserver une lampe ainsi qu'à ses enfants dans toute la suite.

20. Pendant le temps de son règne, Edom, que David avait soumis, secoua le joug de Juda pour ne plus lui être assujéti, et il s'établit un roi.

21. Mais Joram étant venu à Seïr avec tous ses chariots, sortit la nuit contre les Iduméens, qui l'avaient environné, et tailla en pièces leur armée et ceux qui commandaient leurs chariots, et ce peuple s'enfuit dans ses tentes.

22. Depuis ce temps-là donc, Edom se retira de Juda, ne voulant plus lui être assujéti, comme encore aujourd'hui il ne l'est plus. En ce même temps, Lobna se révolta aussi.

23. Or le reste des actions de Joram, et tout ce qu'il a fait, se trouve écrit dans le livre des Annales des rois de Juda.

24. Et Joram s'endormit avec ses pères, et fut enseveli avec eux dans la Ville-de-David, mais non pas dans le tombeau des rois. Et son fils Ochozias régna en sa place.

25. La douzième année de Joram, fils d'Achab, roi d'Israël, Ochozias, fils de Joram, roi de Juda, monta sur le trône.

26. Il avait vingt-deux ans lorsqu'il commença de régner, et il régna un an, dans Jérusalem.

regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Athalia, filia Amri regis Israel.

27. Et ambulavit in viis domus Achab, et fecit quod malum est coram Domino sicut domus Achab; gener enim domus Achab fuit.

28. Abiit quoque cum Joram filio Achab ad præliandum contra Hazael, regem Syriae, in Ramoth Galaad; et vulneraverunt Syri Joram.

29. Qui reversus est ut curaretur in Jezrahel, quia vulneraverunt eum Syri in Ramoth præliantem contra Hazael, regem Syriae. Porro Ochozias filius Joram, rex Juda, descendit invisere Joram filium Achab in Jezrahel, quia ægrotabat ibi.

rusalem. Sa mère s'appelait Athalie, et était fille d'Achab, fils d'Amri, roi d'Israël.

27. Il marcha dans les voies de la maison d'Achab; et il fit le mal devant le Seigneur, comme la maison d'Achab, parce qu'il était fils d'un gendre de la maison d'Achab.

28. Il marcha aussi avec Joram, fils d'Achab, pour combattre contre Hazael, roi de Syrie, à Ramoth de Galaad; et Joram fut blessé par les Syriens.

29. Il revint à Jezrahel pour se faire traiter, parce que les Syriens l'avaient blessé à Ramoth lorsqu'il combattait contre Hazael, roi de Syrie. Et Ochozias, fils de Joram, roi de Juda, vint à Jezrahel pour voir Joram fils d'Achab, parce qu'il y était malade.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ELISEUS AUTEM LOCUTUS EST AD MULIEREM, CUJUS VIVERE FECERAT FILIUM. Magnus planè est misericordiæ fructus, quo Deus impensum pauperibus officium, aut etiam homo interdum cumulatè compensat. Commodarè Sunamitis Eliseo de hospitio, cui ut referret gratiam, impetravit à Domino filium, deinde mortuum revocavit ad vitam: neque id satis esse putavit ad officii gratiam, cujus neque deposuerat, neque, ut opinor, ad finem usque vitæ memoriæ deposuit; cū enim septennalem famem prævidisset in terrâ Israeliide, admonuit illum, ut maturè ex illâ regione discederet, et eò migraret, ubi septennali spatio major esset à frumento commoditas.

Hanc famem in terram Israel missam esse dicit Theodoretus q. 25, quia cū tantis populis ille esset affectus beneficiis, et nunc ad extremum fugatis Syris, et penè ab interitu revocatâ Samariâ, in suis tamen hæreret peccatis, neque tantillò melior esset quàm antea. De tempore quo ista contigerunt, non levis inter auctores disceptatio est. Quidam historiam de Naaman contigisse putant post hanc septennem famem, aut extremo anno septennii illius: quod æ ratione probant, quia ex illo septennio Sunamitis ex eo loco, ubi toto illo tempore commorata fuerat, in patriam remigravit, vindicavitque sibi hereditates, in quas alii quasi caducæ forent, irruerant: et eodem tempore Joram cum Giezi Elisei famulo loquebatur; quod sanè non faceret, si tunc leprosus esset. Qui enim rex homo lautus cum hominè deformato à leprâ, et grave aliquid olenti loqueretur, maxime cū cautum esset

à lego ne cum homine eo morbo fœdato quicquam esset commercii? Ita tradunt Hebræi in Seder olam c. 18, et probat Abulens q. 4, et Lyra.

Ego primùm non sum necius usitatum esse in Scripturâ, ut non eo ordine, quo confugerunt, res gestæ narrentur, atque idè fieri potuisse ut quæ hic narrantur, antecesserint, et Giezi lepram, et Naaman sanitatem restitutam. Sed illa ratio non mihi videtur tantùm habere momenti, ut perturbare debeat narrationis ordinem. Primùm, quia si religionem spectes, quæ omne dirimit commercium cum homine leproso, non est adeò severum illud, si quod est à lege præceptum, ut colloquium neget. Sanè quatuor illi leprosi, de quibus capite præcedenti, locuti sunt cum civitatis custodibus, imò cum ipso, ut opinor, rege Joram. Deinde homo idololatra, qui vultus supplicabat, non adeò erat divinæ legis studiosus, ut magnum esse scelus existimaret, si quid in illius legis observatione foret omissum. Atqui dices: Homines lautis istorum hominum consuetudinem horrent, ut neque aspectu, quâ sunt animi mollitudine dignentur. Sunt sanè alii qui ad ista nauseant, quibus est mullebris putida quædam et languida mollietas; at viri ista nunquàm aversantur, neque horrent. Certè rex Syriae Naaman leprosi, si quid incidisset, quod illius prudentiam et consilium exigeret, non aversabatur consuetudinem, et si quid nobis usui est aut voluptati, illud à leproso libenter audimus. Cupiebat Joram aliquid nôsse de Elisei gestis, cujus multa audierat, neque pauca ipse testis agno-

verat : cum autem testis esset oculatus Giezi , qui diu ab ipsius latere nunquam discesserat , ab Eliseo gestis doceri potuit. Neque necesse fuit propè asitare regi , cum loqueretur , ita ut gravem inspiraret halitum , aut aspectu horrido regis oculos offenderet. (1)

VERS. 4. — REX AUTEM LOQUERATUR CUM GIEZI. Admiratus Joram grandia , inauditaque miracula , quæ de Eliseo latè fama vulgàrat , rogavit à Giezi tunc leproso (studium enim sciendi molestiam faciliè levavit) equid de tanto viro ipse aut vidisset , aut nòsset. Accidit autem opportunè , ut tunc esset sermo de Sunamitidis filio , quæ ad vivos defunctum revocaverat , cum ingressa est mulier illa cum revocivo filio , ut domum suam , et agros vendicaret sibi ab alienis possessoribus , qui in illa bona quasi cædua venerant. Quæ cum jus suum à rege obtinere vellet , impetravit faciliè. Id negotii rex dedit eunucho cuidam , qui sibi de more aderat ; cui dixit , ut non solum domum et agros , sed etiam preceptos ad illum usque diem fructus referendos curaret. Est autem hoc loco , sicut aliis sæpè , eunuchi nomen honestum ; neque enim valet id , ad quod vulgus hominum usurpat , sed aliquid virile magis et decorum. Hoc nomine afflicti viri proceres regis familiares et assidui , qui regum mandata curant , et regalibus præstant ministeriis. Hoc verò nomen ideò datum est regis præfectis , quia hoc hominum executorum genus intimum erat regis penetralibus , utpote magis à suspi-

(1) VOCAVIT DOMINUS FAMEM , ET VENIET SUPER TERRAM SEPTEM ANNIS. Cœperat jam fames , quo tempore Eliseus filium Sunamitidis revocavit ad vitam. Hebræus : *Vocavit Dominus famem , et etiam venit ad terram septem annis.* Docet Scriptura non obscure , famem tenuisse jam regionem , quo tempore Eliseus , restituto matris Sunamitidis filio olim defuncto , à Sinam reversus est in Galgala. Reddenda est igitur sententia per verbum plus quàm perfectum : *Eliseus autem locutus fuerat ad mulierem , cuius vivere fecerat filium , dicens : Surge , vade , et peregrinare ubicumque repereris ; fames enim , quam vocavit Deus super terram , septem annis perseverabit.* Hasc omnes circumstantias revocavit hinc sacer historicus , in gratiam narrationis mox inveniendæ de reddito hujus mulieris , rerumque suarum amissarum , quam à rege impetravit , restitutione. Processerat fames obsidione Samariæ , de qua in capite præcedenti. Numinis vigi providentia in fidelium servorum suorum commoda ita res disposuit , ut quo temporis articulo mulier venit ad regem , ille cum Giezi de prodigijs Elisei colloqueretur. Notum femine et filii vultum agnosces Giezi , admonuit Joramum . adesse hominem precibus Elisei ad vitam revocatum. (Calmet.)

cione liberum , et illorum operâ ad obvia quavis negotia utebantur reges. (1)

VERS. 7. — VENIT QUODAM ELISEUS DAMASCUM , ET BENADAD REX SYRIÆ EGROTABAT. Quæ de causâ professionem illam in Damascum suscepit Eliseus , non constat ; sed illa videtur neque otiosa , neque levis , ut Hazael prædicaret , quem Syriæ regem futurum esse prædicaret , quàm dirum et barbarum habiturus esset imperium , ut illius animum ad lenitatem et clementiam traduceret. Alii alias causas adducunt ; aiunt enim eò venisse , ut regem Syriæ ungeret Hazaelem , quod non fecerat ante Elias , cum tamen , ut faciendum curaret , mandatum accepisset à Domino lib. 3. c. 19 ; sed est verisimilius unctum esse Hazaelem ab Eliâ : neque hoc loco Scriptura tacuisset , si factum fuisset ab Eliseo. Hebræi , in quibus principes sunt Rab. Salomon , et Rab. David , Eliseum dicunt abissiè Damascum , ut Giezi confirmaret animum , qui propter peccatum , quod illi lepram induxit , de salute desperârat animæ , atque ideò à patriâ verâque religione ad idololatram defeceerat , Damascique cum gentilibus habitabat. Sed quo fundamento ac fide dicant Hebræi , ipsi viderint. Eo porrò tempore gravi laborabat morbo Benadad rex Syriæ , cujus causam eam esse dicit Josephus lib. Ant. 9. c. 2 , quia graviter tulit se fuisse deceptum vano terrore ac sonitu , cum magnas hostium copias adventare atque imminere crederet , neque ullus esset à quo strepitus ille tantus ederetur. Quare cum urgeri se crederet ab adverso numine , sic est affectus animi aegritudine , ut aegritudinem quoque corporis inde contraxerit. Josephi sententiam probat Histor. Scholastica , Lyra , Dionysius , Abul. q. 14 ; fundamentum habemus nullum hujus cogitationis , omninò tamen non est improbabilis.

VERS. 8. — ET AIT REX AD HAZAEL : TOLLE TECUM MUNERA , ET VADE IN OCCURSUM VIRI DEI (2).

(1) VERS. 6. — RESTITUE EI OMNIA QUÆ SEA SENT , ET UNIVERSOS REDITUS AGRORUM. Regio fisco addictæ fuisse creduntur res omnes hujus mulieris , quæ sedes suas deseruit. Jubet autem Joramus restitui non fundos modo , sed et fructus , ut restitutionis integritate privilegio fruatur : *Restituere , est possessorem facere , fructusque reddere.* Reputari etiam posset , necessarios vel gentiles hujusce mulieris absentis fundos illius invasisse , ut regiâ auctoritate cogendi essent ad restitutionem. (Calmet.)

(2) Le roi de Syrie dit à Hazael : Prenez des présents ; allez au-devant de l'homme de Dieu , et consultez par lui le Seigneur , pour savoir si je

Erat Hazael inter regis ministros , aut primus , aut cum primis , quem oneratum his muneribus , quæ in Syriâ censentur esse præcipua , jussit ut Eliseum adiret , roigaretque an ex eo

pourrait relever de cette maladie. On est étonné de voir tantôt Elisee à Damas , et tantôt à Samarie , c'est-à-dire tantôt parmi les Syriens , et tantôt parmi les Israélites , qui étoient des peuples si opposés les uns aux autres. Elisee qui augmente cet étonnement , c'est qu'un homme que le roi même de Syrie avait envoyé assiéger quelque temps auparavant dans la ville de Dothaim , comme le plus grand ennemi qu'il eût , ose venir à Damas , c'est-à-dire dans sa ville capitale. Il semble d'abord qu'il ne l'ait pu faire sans témérité et sans tenter Dieu en quelque sorte , ou même sans insulter à la puissance d'un prince entre les mains duquel il s'allait mettre volontairement. Mais il ne faut pas juger de la conduite des prophètes par celle du commun des hommes. C'étoit Dieu qui les conduisoit immédiatement par lui-même et par son Esprit. Il régloit souverainement toutes leurs démarches , et ils étoient sur la terre en quelque façon ce que les anges sont dans le ciel , s'occupant uniquement de la volonté de Dieu , qu'ils suivaient à chaque pas dans le ministère si relevé dont ils s'acquittaient comme envoyés de sa part envers les hommes. Il est donc vrai qu'Elisee étoit principalement destiné de Dieu pour être prophète en Israël. Mais on peut encore le regarder comme ces hommes apostoliques du temps de l'établissement de l'Eglise , qui servoient à Dieu de ministres à l'égard de tous les peuples. Et l'on peut même ajouter qu'Israël se rendant indigne , par l'impunité de sa conduite , de posséder un prophète si éminent en piété , et si rempli de bonté pour eux , Dieu vouloit en quelque façon , selon la parole de saint Paul , piquer son peuple de jalousie , en envoyant à des infidèles celui qu'il leur avait destiné pour leur prophète et pour leur père. D'ailleurs , à juger des choses humainement , il n'est pas si surprenant qu'Elisee se soit résolu d'aller à Damas après l'action si généreuse qu'il avait faite , pour sauver la vie à tant de troupeaux du roi de Syrie qui étoient venus pour le prendre , et qu'il avengla de telle sorte par sa prière , qu'il les fit entrer au milieu de Samarie , sans permettre néanmoins au roi d'Israël d'user d'aucune violence à leur égard , l'ayant obligé au contraire d'exercer l'hospitalité envers eux , avant qu'il les renvoyât. Cette action , vraiment digne d'un grand prophète , en donnant lieu à ces infidèles d'admirer la toute-puissance et la grandeur du Dieu d'Israël , put donner en même temps au roi de Syrie de la vénération pour celui qu'il regardoit auparavant comme le plus grand ennemi de ses états. Aussi , lorsqu'il eut appris étant malade , qu'Elisee étoit pour lors à Damas , on qu'il y venoit , il lui envoya un des officiers de sa cour avec beaucoup de présents , pour le consulter touchant son mal , et savoir de lui s'il en guérirait , l'engageant par là , dit un interprète , à prier pour lui. Quant à ces présents qu'il lui envoya , l'Ecriture ne marque point si Elisee les accepta , ou si , au contraire , il les refusa. C'étoit assez

morbo , quo tunc afflictabatur agrè , consecuturus esset sanitatem. (1)

la coutume , lorsqu'on venoit consulter quelque prophète , de lui apporter en même temps des présents , non pour le corrompre , mais pour lui donner cette marque extérieure d'affection , et en soulageant sa pauvreté par cette offrande , se rendre plus digne de connaître par sa bouche la volonté du Seigneur. Car les prophètes , comme on l'a déjà marqué , étoient pauvres , et vivoient comme les Apôtres ont vécu depuis , dans un grand mépris de tous les biens de la terre. (Sacy.)

Voltaire accuse Elisee d'avoir employé l'ambiguïté des réponses pour se ménager une évasion à tout événement. Il cite , pour le prouver , sa réponse au traître Hazael. Tindal avait déjà fait cette objection.

Résolu d'assassiner le roi de Damas son souverain , le traître Hazael étoit venu de la part de ce prince malade consulter le prophète et savoir s'il guérirait. « Elisee , dit Voltaire , répondit que le roi pourrait guérir , mais qu'il mourrait. Si Elisee n'avait pas été un prophète du vrai Dieu , on aurait pu le soupçonner de se ménager une évasion ; car si le roi n'étoit pas mort , Elisee avait prédit sa guérison en disant qu'il pourrait guérir , et qu'il n'avait pas spécifié le temps de sa mort. »

On pourrait en effet le soupçonner , si l'on en jugeait par la manière dont le sophiste rapporte cette réponse ; mais que l'on consulte le texte : Elisee y dit à Hazael : *Allez , rapportez à votre maître qu'il pourra guérir* , c'est-à-dire que sa maladie n'est pas mortelle ; mais , ajouta-t-il en regardant fixement le traître , le Seigneur m'a révélé qu'il mourra , c'est-à-dire , que vous lui arrachez vous-même la vie. Ainsi le comprit Hazael ; et sentant par cette réponse et par le regard fixe du prophète qu'il avait lu dans son cœur , il se troubla et rougit , dit le texte. Voilà comme Elisee se ménageait une évasion.

Parce qu'Elisee se mit à pleurer en réfléchissant sur les maux qu'Hazael devoit faire un jour aux Israélites , l'auteur de l'Esprit du judaïsme soutient qu'il les lui suggéra. « Benadad , roi de Syrie , dit cet autre incrédule , envoya quatre chameaux chargés de présents à Elisee , et qui les reçoit et inspire à Hazael le dessein de tuer son maître. » De là cet auteur conclut que le métier de prophète étoit très-lucratif.

Où est-ce qu'il est écrit qu'Elisee reçut ces présents ? L'Ecriture ne le dit point ; elle nous apprend , au contraire , que ce prophète avait refusé ceux de Naman , qu'il venait de guérir de la lépre , et qu'il puni Giezi , son serviteur , pour en avoir reçu en secret.

De ces deux accusations intentées à Elisee par deux philosophes , l'une détreint l'autre ; car si le prophète eût suggéré à Hazael le dessein de tuer son maître , avait-il besoin de se ménager une évasion pour justifier sa prophétie ? (Duclot.)

(1) VERS. 9. — FILIUS TUUS BENADAD. Obsequium illud , quod olim mentibus hominum insederat erga viros prophetas , regibus subdabat , ut patris loco illos haberent. Eliseus patre nuncupatur ab Joram et Joas regibus Israelitis.

VERS. 10. — VADE, DIC ET : SANABERIS : PORRÒ OSTENDIT MIHI DOMINUS, QUIA MORTE MORIETUR (1). Implexa hæc est, et multis modis implicata responsio. Sanitatem promittit, et mortem minatur; neque sanitatem consecutus est, de qua illum securum propheta reddiderat; quis hæc componat? varios hic video modos expediendi nodi, quos adducit Abulensis q. 20; ego duos adducam, qui minis videntur esse difficiles. Alter servorum indicat ingenium, qui dominorum sic obsequuntur voluptati, ut nihil illis annuntient durum, aut quod illis aliquid possit afferre molestiæ. Quare adversa omnia aut legunt, aut elevant; quæ verò contigerunt ex votis, sic ornant et amplificant, ut nihil esse dicant fortunatum magis. Deinde notum est satis, et in Scripturâ frequens, imperativum et optativum sumi pro futuro, ut non tam optet aut imperet aliquid propheta, quam futurum prædicat. Quare si duo hæc: Vade et dic, per futurum exponas, hic erit sensus: Tu vades, ô Hazael, dicesque regi pro tuo atorumque assentatorum ingenio salutem et vitam; longè tamen erit aliter quam tu ad illius votum dicturus es, quia Dominus ostendit mihi omnino illi fore moriendum. Parum ab hæc explicatione differt, si hic esse dicas permissionem ironicam, quæ apud profanos et sacros frequentissima est, quæ cum videatur aliquid alicui concedere, potius negat et prohibet. Quale est illud Virgillii lib. 4 Æneidos:

I, sequere Italiam ventis, pete regna per undas.
Tale est illud lib. 5, c. 22: *Ascende, et vade prosperè: et tradet eam Dominus in manu tuâ.* Et c. 18, dicebat Elias ad sacerdotes Baal: *Clamate voce majori, et Thren. 4: Gaude et letare, filia Edom.* Vide quæ nos ad illa loca. Quare sensus erit ironice promissioni contrarius, quasi dicat propheta: Non est cur vadas, et assentatorum more sanitatem annunties, quia ostendit mihi Dominus illi quamprimum mori esse paratam.

Sed illa mihi videtur explicatio solutor, quæ negat moriturum regem à naturali causâ, id est, ab eo morbo, quo tunc laborabat, et de Christiani olim id nominis tribuebant episcopis et sacerdotibus. (Calmet.)

(1) Hebræus: *Vade, dic ei: Vivendo non vires; et ostendit mihi Dominus quòd moriendo morietur.* Quæ lectio difficultatem omnem removet. Sed Chaldeeus, Syriacus, Arab, Septuaginta, editio Complutensis, Rabbin, atque interpretum plerique legunt, ut in Vulgata: *Vade, dic ei: Vivendo vires, etc.*

(Calmet.)

quo propheta consulebatur. *Consule Dominum per eum, dicens: Si evadere poterò de infirmitate meâ hæc; re autem verâ, si vim infirmitatis intueare, sanabitur rex, id est, non extinguetur ab infirmitate, quia illa ad eò gravis non est, et faciliè à medicinâ levare potest; verùm morietur, quia vis illi afferret extrinsecus, et à ferro, aut laqueo, sen ab aliâ causâ præcluso spiritu potius peribit, quam ab intrinsecâ qualitate, deficiente naturâ. Hinc advocare oportet illam regulam, cujus sæpè meminimus, juxta quam id dicitur fieri, licet nunquam futurum sit, quod ut fiat, ipsa rerum natura videtur exigere: et id fieri negatur, licet reverâ legat, quod neque exigit, neque patitur rerum natura; quo modo dicimus christianum hominem, quadragesimalibus aut sextis feriis non comedere carnes, licet aliqui id contemptâ religione aliquando faciant, quia id secundum legem fieri non debet, et contra hoc dicitur hoc vel illo cibo vesci, licet illius copia non adsit, quia illius stomachus illum cibum amat, et utiliter concoquit, alios respuit; sic ergo sanandus dicitur rex ab illâ infirmitate, licet ante receptam sanitatem decesserit, quia infirmitas ejusmodi fuit, ut vinci posset à naturâ non difficile, cui tandem brevi sanitas succederet. Sanatus ergo est, quia sanari potuit et debuit, quoad morbi vim et naturam spectat; mortuus autem, quia vis incubat externa, quæ illum oppressit, oppressissetque etiamsi corpore esset juvenili et vegeto.*

VERS. 11. — SRETIQUE CUMEO, ET CONTURBATUS EST USQUE AD EFFUSIONEM VULTUS, FLEVITQUE VIX DEI. Piora verba ejusmodi sunt, ut tamen Hazaeli quam Eliseo convenire possint. Plerique Eliseo attribuant, Septuaginta Hazaeli, in editione Complutensi: *Et siccit Hazael ante faciem ejus, et apposuit coram eo munera, donec confusus esset: et flevit homo Dei.* Aliter habent Græci codices à Sixto correcti. Juxta hanc Septuaginta lectionem sententia esset non difficile. Si enim tot illa munera, quæ à rege acceperat, ut illis propheta numeraret oraculum, ante faciem expandit Elisei, non est mirandum, si eò regis liberalitate suffunderet propheta: facies, pudore videlicet et dolore; est enim grave illi dura nutiare, qui tibi bene cupiat, et te quam potest humanissime prosequatur. Est durum item homini modesto, quique de se non superbiè cogitat, qui paupertatem amat et libentius ab se abdicat bona, quam alius ambit et acquirit, divitias offerri eo pondere et pretio, ut quadraginta onerent

camelos, et quæ dici poterint omnia bona Damasci. Sed plerique, ut dixi, hæc Eliseo tribuunt, cui hæc accidit vultus suffusio, dum intentis oculis in Hazaelem, illum intuebatur attentè, quasi quoddam in illo cerneret naturæ monstrum, donec tandem conturbato atque suffuso vultu deiecit oculos quos vis lacrymarum maxima replebat.

Cajetanus aut attentum, aut attentum similem dicit fuisse prophetam offirmatâ in aliquem locum et immotâ facie, quasi alienus esset à seipso, et altius aliquid secum meditaretur; qui quasi aliquid in eâ extasi aspectus terribile, flebili vultu vim lacrymarum maximam profudit. Abul. q. 20: « Suffusio, inquit, vocatur, quædam dispositio subitò orta, secundum quam mutatur facies ad plorandum: nam incipientes plorare ex quâdam amaritudine, incipiunt habere vultus alteratos, et cum maneret Eliseus coram Hazaele, cepit suffundi, scilicet non potens tenere letum. » Hanc dispositionem Latinis sic explicaret: *Conformare, aut fingere vultum ad letum, aut ploraturum.* Hispanus *hazer pucheros.* Talem, opinor, affectum et vultum expressit Virg. lib. 1 Æneidos in Venere:

Tristior, et lacrymis oculos suffusa nitentes
Alloquitur Venu.

VERS. 12. — CUI HAZAEL AIT: QUARE (1) DOMI-

(1) Ce qu'il y a de terrible en cette histoire, c'est que Dieu envoie un prophète aux ennemis de son peuple, pour sacrer roi un prince qui devait brûler, comme il est dit en ce lieu, *leurs villes fortes, tuer par l'épée leurs jeunes hommes, égarer contre terre leurs petits enfants, et n'épargner pas même leurs femmes grosses.* Qui ne sera effrayé de voir que le Dieu même d'Israël, qui venait de le protéger d'une manière si éclatante contre le roi de Syrie, lorsque Samarie était réduite aux dernières extrémités par le siège dont on a parlé, semble mettre toute sa puissance entre les mains de son successeur, en lui faisant déclarer qu'il serait roi, pour punir son peuple par des malheurs dont l'idée seule est capable d'ébranler les cœurs les plus fermes?

Mais si l'on s'applique à considérer le fond des choses, on trouvera dans la conduite des Israélites et de leur roi la vraie cause de ce changement de la conduite de Dieu envers eux. Le poids des grâces qu'ils recevaient du Seigneur semblait ne servir qu'à les rendre plus stupides et comme insensibles à son regard. Ni les miracles qu'il faisait en leur faveur, lorsqu'il jetait tout d'un coup l'épouvante et le désordre dans le camp des ennemis, ni les fléaux qu'il leur envoyait en les affligeant, comme il est marqué ici, par une famine de sept années, n'étaient point capables de les faire retourner à Dieu. Il se forme donc et se prépare, pour le dire ainsi, un instrument propre pour exercer toute sa fu-

NUS MEOS FLET? Mirum visum est Hazaeli quòd Eliseus cum illâ vultus suffusione ploraret, cum nihil videret usque ad eò molestum ac durum, ut ex viro tam constanti et forti oculis lacrymas excuteret: causam igitur rogat, quam ille nihil cunctatus reddidit.

QUIA SÛO QUÆ FACTURUS ES FILIIS ISRAEL MALA. Intuebatur eo tempore, quo stetit plorabundus et silens Eliseus, ea omnia, quæ statim objectit Hazaeli, fumantes ab hostili incendio civitates; strata juvenum cadavera, infantes elisos, et excisis matrum uteris effusisque visceribus extractos aut informes, aut malè formatos foetus. Hæc autem species planè barbara, multùmque miserabilis suffudit vultum, et ex propheta oculis lacrymas expressit. Hæc porrò ab Hazaele fuisse patratâ habemus infra, c. 10, v. 52: *In diebus illis cepit Dominus tædere super Israel, percussitque eos Hazael in universis finibus Israel à Jordane contra orientalem plagam.* Et iterùm cap. 15, v. 5:

reux contre eux, et il va chercher parmi les Syriens le plus cruel homme, pour le revêtir de l'autorité royale, et l'envoyer punir les crimes et l'ingratitude de son peuple. Si cet exemple ne frappe et n'étonne salutairement les hommes, il faut dire avec un grand saint qu'ils sont plutôt déjà morts qu'endormis. Cependant il est nécessaire de remarquer que Dieu en faisant sacrer Hazael roi de Syrie, ne doit pas être regardé comme approuvant la disposition criminelle de son cœur, qui le portait à attenter sur son prince, puisqu'il ne pouvait ne pas condamner l'ambition et la fureur de cet homme, qui osa faire ce que David ne se crut nullement permis à l'égard d'un roi réprouvé, après même qu'il fut sacré roi d'Israël en sa place, et lorsque sa propre vie était tous les jours exposée au dernier péril; mais l'abandonnant aux mouvements de sa fureur, et mettant entre ses mains sa puissance, comme il l'a mise autrefois entre les mains des Domitien et des Néron contre son Eglise, il lui permit d'exercer toute sa cruauté contre ceux qui abusèrent tous les jours si insolètement de ses faveurs. C'est ce qu'il est important de bien concevoir, pour n'attribuer pas à Dieu des sentiments tout-à-fait indignes de sa souveraine pureté, qui condamne nécessairement le péché dans tous les hommes, mais qui se sert néanmoins des hommes pécheurs et criminels, pour punir ceux qui prétendent irriter impunément sa justice. On peut dire encore que Dieu, en faisant marquer dans les Ecritures qu'il donna ordre à son prophète de sacrer roi un très-méchant homme, qui devait être le persécuteur de son peuple, avouit nous faire connaître que toute puissance, comme dit saint Paul, vient de lui; que c'est par lui seul que les rois règnent, et qu'on doit les respecter comme les ministres ou de la justice ou de la miséricorde de celui qui est souverainement le roi et le maître de tous les rois. (Sacy.)

Intraque esse furor Domini contra Israel, et tradidit eos in manus Hazael regis Syriae, et in manu Benadad filii Hazael cunctis diebus. Evv. 7: Et non sunt relicti Joacham (regi Israel) de populo, nisi quinquaginta equites, et decem currus, et decem millia peditum: interfecerat enim eos rex Syriae, et redegerat quasi pulverem in triturâ area.

ET PRÆGNANTES DIVIDES. Reliqua neque obscura sunt, neque incredibilia: at illud difficile creditu est, quod ab Hazaele prægnantes dicantur esse discessæ, et ex illarum utero infantes extracti, aut in eo exanimati crudeliter. Quare multi hoc loco non tam propriam putant quàm figuratam orationem, neque illius cogitationis grave aliquod deficit argumentum. Hoc enim dicendi genere, dira significatur et barbara crudelitas, quia multi dicuntur divisi, aut secti, à quibus in sumendo supplicio ferum abfuit, et id quod serrare homines, aut disseccare potest. Oppressi sanè fœre lapidibus duo senes, qui, Dan. c. 13, Susanna pudori prius, deinde honori et vitæ insidiati sunt, quia, ut constat Deut. 19, illud supplicium accusator mendax sustinere debuit, quod reo sceleris convicto subeundum fuit: adulterio autem, quos deferebatur rea Susanna, lapidatio erat à lege constituta, ut liquet Ezech. 16, v. 40; et 23, v. 45 et 47, ubi aperte dicitur adulterium esse lapidationi subjectum. Cùm igitur lapidati fuerint duo illi, non minus crudeles, quàm libidinosi senes, serrâ tamen aut alio instrumento simili dicuntur esse dissecti; sic enim Daniel ad eorum alterum: *Ecco angelus Dei acceptâ sententiâ ab eo scindet te medium.* Et rursus ad alterum: *Manet angelus Domini habens gladium, ut secet te medium.* Neque alio sensu accipit Matth. 24, de servo malo, de quo sic Christus: *Veniet dominus servi illius, in die quâ non sperat, et horâ quam ignorat, et dividet eum, partemque ejus ponet cum hypocritis.* Quod verò eo loco *divido* significet propriè aliquem secare, seu serrare medium, probat verbum Græcum *διχοτάω*, cuius ea sola aut præcipua significatio est.

At fecisse Hazaelem, id quod verbum in propria significatione sonat, et reverâ disseccuisse prægnantes, veri est similior et communior sententia. Primum, quia ibi nulla apparet neque contradictio, neque novitas, cùm idipsum ali aliquando fecerint, ut Amnon Amos c. 1, v. 15, ubi dicitur disseccuisse prægnantes Galaad et Manahem 4 Reg. 45, v. 16: *Percussit Manahem Thapsam, et omnes*

qui erant in eâ, et interfecit omnes prægnantes ejus, et acidiit eas. Quod etiam admissum ab Hazaele docet Amos c. 1, v. 3; nam ubi Vulgatus transtulit de Damasco: *Eò quod trituraverint in plaustris ferreis Galaad*, Septuaginta legunt: *Pro eo quod secuerint serris ferreis prægnantes Galaad.* Quæ de re vide plura in nostris Commentariis super Amos ad hunc locum. Ubi aliquot narratur supplicia his non dissimilia, qualia sunt ducta esse super homines victos, et quasi messium stratos acervos ferrata carpenta, et plaustra serrantia, in quibus non apparet sævitiâ minor, quàm in diviso feminarum utero.

VERS. 15. — QUID ENIM SUM SERVUS TUIS CANIS, UT FACIAM REM ISTAM MAGNAM? Sicut qui canem hoc loco sumant pro re villi, ut sæpè in Scripturâ, et tunc hanc existimant esse sententiam: Ego homo tenuis et vilis, nihil cape melior atque robustior rem tantam aggrededer, quam perficere non posset, neque tentare auderet is cui major esset animus et regia potestas! Cui respondet Eliseus illi non defuturas vires, quia brevi perventurus esset ad regni Syriae splendorem atque potentiam. Ita penè Abulensis q. 22, et favet huic cogitationi, quod proximè subditur, *ut faciam rem istam magnam?* quasi dicat: Non ego tam sum potens, aut tantum mihi assumo, ut sperem rem tantam me posse perficere, cùm sim instar canis vilissimi: hoc opus regias exigit vires. Cum Abulensi sentiunt Cajetanus, et Hugo Nicolaus de Lyra, Emmanuel Sâ, et Joannes Mariana, sic superiorem sententiam probant, ut etiam admittant illam, quæ in cane non villitatem et abjectionem, sed crudelitatem et feritatem intelligat.

Ego in priorem sententiam sic afficior, ut nunquam illam probare poterim, quia nescio quomodo minùs canis nomen cum extremâ sententiæ parte convenire posset. Non horret Hazael, ut opinor, priora, nempe civitates incendio dedere, et juvenes, viros videlicet bellatores et strenuos, gladio conficere, cùm illud in acie, reque bellicâ non sit indecorum. Neque id sibi impossibile, neque fortassè admodum difficile fore credebat, cùm vir esset princeps inter Syros, et cui castrorum cura et bellorum administratio committi posset, sicut fortassè non semel ante credita fuerat. Illud tamen horrebat, quod ad extremum addidit Eliseus, cùm dixit: *Parvulus eorum clides, et prægnantes divides.* Ad hæc postrema respondit Hazael, dixitque cum admiratione et stoma-

cho, quasi injuriam sibi fecisset Eliseus: *Quid enim sum servus tuus canis, ut faciam rem istam magnam?* Quasi diceret, ferinum esse opus, non humanum, infantes lacerare, aut allidere ad saxa, eviscerare matres, et ex illarum utero fetus nondum maturos et informes extrahere. Porro in cane impudentiam execramur, cujus ipse est symbolum, et feritatem etiam videmus, quâ morsa membra lacerat, fodit et dissipat intestina, neque putridis sanieque fluentibus corporibus parcat; utrumque execratur Hazael, dùm canem se esse negat. Neque enim tam est impudens, ut illa velit aut cogitet, aut tam ferus et rabidus ut audeat et tentet optata, aut cogitata complere. Hæc, meo iudicio, neque à rerum naturâ aliena sunt, neque à textu.

OSTENDIT MIHI DEUS TE REGEM SYRIÆ FORE. Hæc verba induxerunt multos in priorem explicationem, quæ placuit Abulensi, quæ ostendunt, ut illi probant, Hazaelem neque vilem, neque infirmum esse futurum ad ardua quæque tendenda, cùm rex sit futurus Syriae; quod nomen illi et auctoritatem concillabit apud omnes, et vires dabit tanto negotio pares. Quæ ratio non videtur ita gravis, ut meam mihi cogitationem extorqueat. Quòd enim posset facilè priora præstare, subjungere videlicet, et accendere civitates, faciet regia potestas, quæ Syrias vires sibi obsequentes facit. Quod autem nunc homo privatus et modestus execratur et horret, allidere videlicet parvulos, et prægnantes exenterare, illud etiam, ut velit et audeat, regia potestas faciet, quæ non solum statum et ordinem, sed etiam mores et ingenium mutat. Neque enim rarò vidimus eos, qui in privatâ fortunâ sibi à cæde et morum diritate temperârunt, fuerintque aliis optimæ disciplinæ et sanctitatis exemplum, succubuisse postea fortunæ pondenti, et quasi Circeo poculo exuisse antiquam et humanam, et novam quandam et ferinam naturam induisse. Exempla sunt obvia apud profanos; apud sacros docuit panlò ante hæc tempora Saül, quem alterum à seipso fecit regia conditio, et qui in priori statu modestus fuerat, mitis, prudens, et quo nemo fuit in Israele melior, postea verò ita se totum ipse retexit, ut evaserit superbus, inmitis, fatuus; talis denique ut non facilè illo quemquam in regibus pejorem invenias. Et hic etiam, de quo nunc agimus, Hazael, cùm hoc ipso tempore benè esset in suum regem et dominum animatus, deque illius salute prophetam avidè con-

suleret, etique omnia, ut credibile est, secunda cuperet, cùm primum se vocari ad Syriae regnum audivit, sic est à seipso regni expectatione mutatus, ut prodiit fide, quam servare debuit sartam et tectam, et officiorum immemor, quibus à rege cumulatús fuerat, de illius necè cogitârî, reque ipsâ quamprimum intulerit, ut mox dicemus.

Hæc prædictione existimant multi impletum esse mandatum, quod à Domino acceperat Elias in Oreb lib. 5, c. 19, vers. 43, ubi jussus est propheta Hazaelem ungere regem Syriae, et Jehu regem Israel. Ut autem Jehu unctus est, sub hæc tempora, ut constat ex capite sequenti, sic etiam nunc Hazael. Ita putant Cajetanus hic, et cap. 19, lib. 5 Reg. Histor. Scholastica. Ego tam Hazaelem, quàm Jehu unctos esse puto in reges ab Eliâ, quando descendit ex Oreb, ut pluribus docui in lib. 5 Reg. cap. 19. Ut quid enim ex illo monte venturus esset in Damascum, nisi ut ibi unctione Hazaelem designaret in regem? *Reverte, ait Deus, in viam tuam per Damascum, cùmque perveneris illuc, unges Hazael regem super Syriam.* Quòd verò postea unctus fuerit Jehu, et Hazaeli spes obiecta de regno, nihil incommodat: novimus enim reges semel et iterùm ungi solitos, ut constat de Saule et Davide. Et Hazael non dicitur unctus ab Eliseo, sed tantum ab illo accepisse futurum esse Syriae regem. Quod verò unctione designavit Elias, aut non credidit homo gentilis, qui Eliam non antea viderat, aut fortassè de famâ non novebat, aut certè, quia plurimum putabat superesse temporis, non admodum de regno laborabat, neque animi modestiam, aut in regem fidelitatem et studium abjecerat; sicut David, qui cùm unctione sacrâ à Samuele vocaretur ad regnum, quàm dritissimè tamen antiquam modestiam et spiritum retinuit. Tunc autem Hazael spiritus assumpsit insolentes et regios, cùm ab Eliseo, cuius admirandum non solum famam noverat, sed etiam in gente suâ non semel fuerat expertus vim et potentiam, Eliæ designatio confirmata est: tunc enim, ut debitum sibi regnum obtineret, id tentavit, quod proximè cogitare non audebat.

VERS. 15. — CUMQUE VENISSET DIES ALTERA, TULIT STRAGULEM, ET INFUDIT AQVAM, ET EXPANDIT SUPER FACIEM EIUS (1). Laborabat, ut diximus,

(1) Le lendemain Hazael prit une couverture qu'il trempa dans l'eau, et l'étendit sur le visage du roi. Et le roi étant mort, Hazael régna en sa place. On ne peut pas dire qu'Elisée, en dé-

Benadad, febri videlicet gravi, quâ, ut fit, vehementer aestuabat. Neque parùm conferebat ad levandum febrilem illum æstum, et refrigerandum corpus, madidum aquâ frigidâ stragulum super faciem expandere; quod videtur rex ipse imposuisse sibi, aut certe ut alii sibi imponerent, præcepisse: et hoc videtur vero magis simile. Quam occasionem perire noluit Hazael, qui jam Syriæ regnum expectatione non dubiâ devorârat. Quare, quasi vellet officium illud pietatis impendere eodem linteo, quo faciem refrigerare se velle simulabat, obstructis faucibus spiritum præclusit. Ita cum Josepho tenent communiter alii. Sic autem Josephus de Hazael: « Sequenti die reti vidido in eum injecto, præfocati à se regiam occupat. »

REGNAVIT HAZAEL, PRO EO. Non fuit difficile Hazaeli regnum occupare, cum vir esset strenuus et populo charus, et quia jam à tempore usque Eliâ increbuerat Syriæ regnum Hazaeli deberi, maxime quia, ut occisi à se regis invidiam declinare, (perfidia enim populares animos vehementer alienat) sic cautè incantatum regem fraudulentus oppressit, ut non tam attulisse mortem, quam beneficium contulisse videretur. Porro hos duos reges Benadad, quem Josephus appellat Adadum, et Ha-

clarant à Hazael qu'il serait roi de Syrie, l'avait engagé par là à commettre un si horrible attentat contre la personne de son prince, non plus que depuis le Fils de Dieu, en déclarant à Judas qu'il le trahirait, ne le portait pas à sans doute à une action si détestable, quoiqu'il lui dit d'exécuter promptement ce qu'il avait résolu, à cause de l'extrême ardeur qu'il avait pour sauver les hommes. Ainsi lorsque Dieu fit sacrer David roi d'Israël, du vivant même du roi Saül, il ne mettait pas non plus le poignard entre les mains de ce nouveau roi, pour s'en aller promptement égorger l'autre; mais il déclarait seulement ce qui devait arriver; et en ordonnant qu'on sacrât ces rois, il faisait voir, comme on l'a marqué, qu'il avait une souveraineté tout entière sur tous les royaumes de la terre; mais il laissait néanmoins agir ensuite ces princes selon les divers mouvements, ou de la corruption, ou de la droiture de leur cœur. Ainsi ceux dont le cœur était vraiment droit et pur devant Dieu, auraient mieux aimé perdre la vie et le royaume qu'on leur assurait, que d'attenter sur l'oint du Seigneur, parce qu'ils savaient qu'il n'appartenait qu'à Dieu même, qui les avait fait sacrer, de les établir sur le trône. Mais ceux, au contraire, dont le cœur était rempli d'ambition, ne craignaient point d'abuser de l'autorité que Dieu leur donnait, et d'entreprendre sur la vie des princes dont ils auraient dû respecter jusqu'à la fin l'onction royale.

(Sacy.)

zaelem, qui in illius locum et nomen succitatus est, magno apud Syros post longa secula in honore fuisse docet ipse Josephus lib. 11, c. 2: « Usque in præsens, inquit, tempus tam Adadus quam Hazael ejus successor divinis (apud Syros coluntur honoribus, tum propter aliam beneficentiam, tum quia magificè templis extractis Damascenorum urbem ornatiorem reddiderunt: eorum enim edificies quotidianis pompis honorant.) Sanè aliquot post annos nobile hos duos reges apud Syros habuisse nomen, indicat Amos cap. 1, ubi regnum Syriæ domum appellat Benadad et Hazaelis: *Mittam ignem in domum Hazael, et devorabit domos Benadad.* »

VERS. 16. — ANNO QUINTO JORAM FILII ACHAB REGIS ISRAEL, ET JOSAPHAT REGIS JUDA, REGNAVIT JORAM FILIUS JOSAPHAT, REX JUDA. Hinc incipiunt implicari quamplurima, in quorum explanatione mirè se torquent interpretes, que nobis necessariò expedienda sunt. Et primum observandum duos reges ejusdem nominis in idem omninò tempus incurrisse: Joram nimirum regem Israel, et Joram regem Juda, qui regnare cepit simul cum parente Josaphat ab anno illius regni quinto, et anno item quinto alterius Joram regis Israel, ut habes in textu. Sed occurrit hic primum impeditus nodus, quem expediendum necesse est. Neque enim videtur fieri potuisse, ut initium regni Joram regis Juda fuerit anno quinto regis Josaphat, et regis Joram, cum Josaphat viginti annis regnare cœperit in Juda, antequàm Joram in Israel. Nam Josaphat regnum inquit quarto anno regis Achab, 3 Regum 22, v. 41; Achab autem regnavit annos viginti duos, lib. 5 Reg. c. 16, v. 29. Solutio facilis est, juxta illam regulam, quam supra tradidimus lib. 5 Reg. c. 1, v. 25; et lib. 4, c. 5, v. 1, ubi diximus regnare sæpè filios cum parentibus aliquandiu simul, et parentibus mortuis aliquandiu solos, et numerari interdum annos, cum eum parentibus simul, et deinde soli, interdum illos tantum, quos soli regnâre. Que observatio multa dissolvit, que videntur in Scripturâ sacrâ vehementer implexa. Regnavit Joram rex Juda cum patre simul ab anno quinto Josaphat, multò antequàm alter Joram regnum inisset Israel; cœpit autem regnare solus anno quinto Joram, id est, viginti annis postquam regnum habuerat cum parente communiæ; pater enim regnavit annos viginti quinque, lib. 5, cap. 22, v. 42.

VERS. 17. — TRIGINTA DUORUM ANNORUM ERAT,

COM REGNARE CŒPISSET, ET OCTO ANNIS REGNAVIT IN JERUSALEM. Triginta duorum annorum erat Joram, cum regnare simul cum parente cœpit, quocum simul annos viginti posuit in regno: cum verò pater obit, annos habuit quinquaginta duos, quibus si addas octo, qui reliqui fuerunt regi et vite, annos illius vite sexaginta complebis, quod maxime observatum oportet, propter illa que dicuntur lib. 5 Paralip. c. 22, v. 2, ubi Ochozias filius Joram regnum inisse traditur anno ætatis suæ 42; unde videtur Ochozias parente suo duobus annis esse senior, cum eo tempore quadragena-rius obierit, aut obiisse videri potuerit Joram, cum Ochozias filius annos impleret quadraginta duos. Nam si Joram triginta duorum annorum fuit, cum primum regnum suscepit, et octo tantum regnavit annos, consequens est, ut annos non excesserit quadraginta, sed quâ ratione, nos explicuimus, cum decessit Joram annos jam sexaginta compleverat. Quam explanationem probavit Franciscus Suarez tom. 1, in 3 p. S. Thom. disp. 6, sect. 13.

VERS. 18. — AMBULAVITQUE IN VITIS REGNI ISRAEL, Sicut ambulaverat domus Achab: FILIA ENIM ACHAB ERAT UXOR EJUS. Quia filii magis cum matribus assidue et familiariter vivunt, et matrum indulgentia mollior, fit, ut in disciplinâ et moribus filii magis maternos quam paternos expriment mores, ut statim in Ochoziâ videbitis, qui matrem habuit ex gentilitio genere, et idè gentiliticos à teneris annis inbibit mores. Quod matres faciunt, possuntque in filiorum ætatem, id etiam non minus et possunt et audent in maritos uxores, quæ delinunt familiaribus illecebris, captivique conjugali consuetudine et multiplici blandimento nature. Hæc nunc ratio traditur, cur optimi regis filius in alienos mores degenerârit, quia consortem habuit thalami, et in suo fovit sinu feminam ab impiâ religione corruptam, quod perire fuit atque si colubrum foveret in sinu. Hæc porro uxor Joram, et filia Achab fuit Athalia, de qua postea suo loco pluribus.

ET PERIT QUOD MALUM EST IN CONSPECTU DOMINI. Licet in conspectu Domini malum sit, quidquid à lege rectaque ratione deficit, illud tamen *à seorsu* malum coram Domino dicitur, ut putat Abul. q. 50, quod illius prodi religionem et legem, et debitum illius nominis honorem et cultum ad deorum muta simulacra traducit. Sed fecit alia etiam mala gravissima, in quibus non pietatem solam, sed etiam humanitatem exuisse videbatur:

nam, ut legimus, lib. Paralip. 2, c. 21, sex fratres occidit, ubi se paululum in regno confirmavit, sive ut omnem amittendi regni suspicionem tolleret, sive ut alendorum pro dignitate fratrum onus abjiceret, seu ut relicta à parente bona et civitates adimeret. Nam, ut eodem libro, et capite Paralipomenon legimus, reliquit Josaphat filio primogenito regnum, alii verò filiis munera argenti et auri, et pensationes cum civitatibus invidissimis in Juda. Et ne quid viri principes eâ crudelitate, aut morum improbitate offensus in regno turbarent, illos quoque interficiendos curavit, ut habes ibidem v. 4.

VERS. 19. — NOLUIT AUTEM DOMINUS DISPENDERE JUDAM PROPTER DAVID SERVUM SEUM. Eò se projecerat Juda sub Joram et Athalia uxore gentili atque impiâ, ut mererit à Domino disperdi: sed quia Dominus meritorum meminit Davidis, et fidei datæ de regno in illius familiâ retinendo, continuit furorem, et ita illius regni vires attrivit et debilitavit potentiam, ut tamen lucernam relinqueret à nobili stirpe, quæ in eo regno perpetuò luceret. Id porro Deus promiserat lib. 2 Reg. c. 7, v. 12; et 3 Reg. c. 8, v. 25. Quomodo autem lucerna sumatur pro filiis, diximus lib. 2 Reg. ad illud c. 14: *Quærit extinguere scintillam meam.*

VERS. 20. — IN DIEBUS ILLIS RECESSIT EDOM NE ESSET SUB JUDA, ET CONSTITUIT SIBI REGEM (1). Quemadmodum David Idumæos, vicinasque alias regiones subjugârit, reddiditque vicinales, diximus supra, cap. 3, ad v. 4, cùmque dissecto Israelis imperio, quadam provinciâ regis Israelis ditioni subissent: Idumæa ta-

(1) Habes hic impletam fidem oraculi Jacobi, qui futurum prædixerat, ut Idumæi jugum Hebræorum excuterent. (Calmet.)

Les Iduméens, c'est-à-dire, les descendants d'Esau, avaient été jusqu'alors assujettis aux rois de Juda. Mais, comme l'a fort bien remarqué un ancien Père, on vit enfin s'accomplir la prédiction que le patriarche Isaac avait faite près de neuf cents ans auparavant, lorsqu'il avait dit à Esau qu'il serait assujetti à son frère, mais qu'il secouerait son joug, et se tirerait un jour de sa servitude. Ainsi les Iduméens s'étant soulevés sous le règne de Joram, roi de Juda, et l'étant même venus attaquer, quoique ce prince remporta sur eux une victoire victorieuse, ne laissèrent pas de se maintenir dans leur révolte, et de vivre ensuite dans la liberté qu'ils s'étaient acquise. Ils la conservèrent durant l'espace de sept cent soixante années, jusqu'à ce que Jean, surnommé Hircan, les subjuga de nouveau, et les obligea de s'assujettir, comme tous les Juifs, à la concision et à toutes les autres cérémonies judaïques. (Sacy.)

men regi Juda vectigalia pendebat, et illius dominatum agnoverat. Eo verò tempore, quo regnabat Joram, ab illius ditione recessit Idumæa, vel quia Deus tantæ provinciæ jacturâ punire voluit Joram, et populi scelerata crimina, et hoc potius, vel quia homines etiam alienos à religione pudebat illi parere, in quo tanta fuit in suos etiam fratres crudelitas, et in aliis rebus morum intemperantia. Quare excutere voluerunt jugum quod ad illud usque tempus ab ætate Davidis licet inviti subierant tamen, et quæ ex pacto tributa debebant, ad unum dependerant.

Sed illud aliquid quæstionis habet, quòd nunc rex ab Idumæis constitutus esse traditur, cum paulò ante, c. 3, rex dicatur esse in Idumæâ. Respondet Abulens. q. 53, illum tunc proprie non esse regem, neque fortassè ex Idumæo genere, sed præfectum qui partes obiret regiâ à Davide primùm, deinde ab aliis Judæ regibus præpositum, qui cum rex non esset, rex tamen ab omnibus dicebatur, quia pro rege illam administrabat provinciam: cui ea à reliquis deferebatur observantia, ut qui illius majestatem læderet, majestatis regiæ læsæ reus accusaretur. Quales nullis sæpè locis et olim, et nostrâ ætate illi vocantur, qui ad aliorum arbitratum, et illorum nomine provinciam aliquam administrant, cui superior potestas, et moderationis formam præscribit, et cum libuerit, ab illâ moderatione, et quasi regno depellit. Quales sunt omnes penè qui Japoniis præsent, qui reguli commodius vocari possunt, et qui proreges à nobis appellantur. Tali ergo præposito aut rege sublato, ex suo genere regem constituerunt Idumæi, qui non ad alienam voluntatem, aut ipse viveret, aut rempublicam administraret, sed omnino liberè, et juxta antiquas Idumæorum leges aut consuetudines, non quasi alieni juris, sed omnino sui.

VERS. 21. — VENITQUE JORAM SEIRA, ET OMNES CURANS CUM EO. Seira idem est quod Idumæa; ut enim Esau Idumæorum pater appellatus est Edom ab edulo rufo, pro quo vendidit primogenij jus, et ab Edom vocata est Idumæa, sic etiam ab hirsuto corpore vocatus est Seir, quod hirtum sonat atque pilosum, et à Seir. Seira fuit appellata provincia eadem Idumæa. Venit igitur Joram in Idumæam cum omni instructa militari, ferens secum equites et currus, et egressus nocte, cum illi, qui contra stabant, ex Idumæis securis agerent, quam ille rerum articulus posebat, gravi

plagâ percussus sunt, quam neque illi effugere poterunt, qui curribus et equitatu præerant, ut clarius expressum est lib. 2 Paralip. c. 21, v. 9, ubi dicuntur omnes equitatis duces esse percussus, hoc verò loco principes currum. Cùm autem præcipuum castrorum firmamentum esset sublatum, reliqua Idumæorum turba in sua se tabernacula recepit.

TUNC RECESSIT ET LOBNA (1) IN TEMPORE ILLO. Lobna civitas erat regia, antequam regio Chanaanitis occuparetur ab Hebræis, ut constat Josue cap. 12, v. 15, ubi rex Lobnæ percussus dicitur à Josue, quæ Josue c. 21, v. 15, assignata dicitur Levitis cum suburbanis suis. Non solum igitur alieni Joram detrectaverunt imperium, sed etiam domestici, quique pro Davidicæ familiæ gloriâ, et regno ante certaverant. Neque ratio deficit, cur etiam contribules à Judæi regis imperio defecerint, cum morum improbitas alienum à cognitione fecerit, et propè gentilem. Neque rarò fieri solet, ut in eos acrius invehamur, oderimusque magis, qui cum nobis genere sint conjuncti, illorum nos improbitatis et tædæ et pudet. Rationes verò hujus defectionis habemus, lib. 2 Paralip. c. 21, v. 10: *Lobna recessit, ne esset sub manu illius; dereliquerat enim Dominum patrum suorum, insuper excelsa fabricatus est in domibus Juda, et fornicari fecit habitatores Jerusalem, et prævaricari Judam.* Hæc eadem scelera repetuntur statim v. 15, in eis litteris quæ datæ dicuntur ab Eliâ, de quibus mox.

Ille rogabit aliquis, quomodò si victi fuerunt Idumæi, Joram non est victoriam persecutus, neque amplius regionem illam ad jugum, quod excusserat, retrahere conatus est: nam, ut habes proximè v. 22, ad tempus usque scriptoris sacri suum sibi jus et libertatem conservavit. *Necessit, inquit, Edom, ne*

(1) Urbs Lobna, vel Lobna, jacebat in plagâ meridionali tribus Juda, in finibus Idumææ, atque Idumæorum defectio urbem hanc maxime ad rem momenti, secum rapuit. Cùm à Josue subacta fuit, regi suo parebat. Cessit in sedem sacerdotum, sed facile ad alienos dominos transit, cum hic, statim oblata opportunitate, domum Davidicam deserat.

Redit deinde iterum ad obedientiam regum Juda, quippe quæ sub regno Ezechie obsequio Sennacherib sustinuerit, et Josias uxorem Lebnilcam duxit. Neque Scriptura hic ea docet de Lebna, quæ de Idumæâ, perseverasse illam liberam jugo regum Juda, usque in hodiernam ætatem, id est, usque ad ætatem scriptoris hujus historiæ, qui circa tempora Babylonicæ captivitatis florebat. (Calmet.)

esset sub Juda usque ad diem hanc. De Lobnâ alia ratio est; licet enim quando detrectatum jugum iterum subierit non constet, subierisse verisimile est aliquot saltem annis post hanc discessionem, quod probat Abulens q. 37, quia aliâ infra, c. 25, Josias non accepisset uxorem Amital filiam Jeremiæ de Lobnâ. Hæc autem ibi traditur mater fuisse Joachaz. Deinde quia de Idumæâ dicitur usque ad diem hanc, id est, usque ad scriptoris ætatem recessisse, quod dicendum esset item de Lobnâ, nisi jam rursus ad fidem officiumque redisset, eo fortassè tempore, quo regnabat in Judâ rex aliquis justus, qui custos esset religionis, vindex legum, pater denique patriæ, cujus se fidei securè committeret. Nunc itaque videndum cur cum belli initio secundum viderentur habuisse successum, et fausta portenderent in posterum, Joram tamen neque contra Idumæos et Lobnenses quiddam deinceps molitus est; sed in suo consilio, sive perfidiâ, obstinatò hæere permisit. Hujus ego rationem hanc esse puto, quia conscientia mala semper est timida, quæ vires debilitat, et in ipso etiam portu timet naufragium; neque ullum est tempus, in quo non occurrat oculis debitum suis sceleribus, et quoddam quasi fatale periculum. Quid enim sperare posset boni, qui tot fratres nullâ læcessit injuriâ de medio sustulisset? De hæc scelerum conscientia est illud Sap. 17, v. 10: *Cùm sit enim timida nequitia, dat testimonium condemnationis. Semper enim præsumit sava, perturbata conscientia.* Vide, quid hæc de re Plutarchus, libro de serâ numinis vindictâ. Auxit, opinor, valdè hanc perturbationem et metum epistola Eliæ, quæ sub hoc tempus videtur allata, quæ scelerum conscientiam exagitavit acerbè, et gravia prædixit tum populi, tum familiæ, honoris ac valetudinis incommoda. Quem enim non commoverent et frangerent epistolæ ab illo datæ, qui aliquot ante annis è vivis abierat, et illæ minæ, quibus nihil videbatur obijci posse horribilius? De his epistolis sic habemus lib. 2 Paralip. c. 21, v. 12: *Allatæ sunt autem ei litteræ ab Eliâ propheta, in quibus scriptum erat: Hæc dicit Dominus Deus David patris tui: Quoniam non ambulasti in viis Josaphat patris tui, et in viis Asa regis Juda, sed incessisti per iter regum Israel, et fornicari fecisti Judam, et habitatores Jerusalem, imitatus fornicationem domus Achab, insuper et fratres tuos, domum patris tui, meliores te occidisti: ecce Dominus percutiet te plagâ*

magnâ cum populo tuo, et filiis et uxoris tuis, universaque substantiâ tuâ. Tu autem agrotabis pessimo langore uteri tui, donec egerdiantur vitalia tua paulatim per singulos dies. Quando verò scriptæ fuerint hæc litteræ, et unde, aut per quos allatæ, diximus supra, cap. 2, dub. 3, de Eliâ.

Alia præterea causa fuit, quæ regem Joram ab uteriori in Idumæos insectatione deterruit: quia juxta minaces Eliæ litteras conjurârunt finitimi populi contra Joram, magnisque tam illius domum, quam regnum ipsum Juda attriverunt incommodis; ut enim statim post propheticas minas, lib. Paralip. 2, c. 21, v. 16, legitur: *Suscitavit Dominus contra Joram spiritum Philistinorum et Arabum, qui confisus sunt Ethiopibus, et ascenderunt in terram Juda, et vastaverunt eam, diriperuntque cunctam substantiam, quæ inventa est in domo regis, insuper et filios ejus et uxores. Nec remansit ei filius nisi Joachaz, qui minimus natu erat, et super hæc omnia percussit eum Dominus alvi langore in sanabili, etc.* His ergo tentatis incommodis, et eodem tempore à tot nationibus appetitus, non tantùm à privatis malis nactus est otii, ut externis se bellis implicaret. Quare etiam undique à finitimis populis, et adversâ valetudine imminerent mala, priorem abiecit cogitationem, et impunitam reliquit Idumæorum audaciam.

VERS. 25. — NONNE HEC SCRIPTA SUNT IN LIBRO VERBORUM DIERUM REGIS JUDÆ? QUERAM SINT VERBA DIERUM, explicuimus in Proleg., § 5; eorum, quæ hic omisa sunt, aliqua habemus lib. 2 Paralip. c. 21.

VERS. 24. — ET DOMIVIT JORAM CUM PATRIBUS SUIS, SEPULTUSQUE EST CUM EIS IN CIVITATE DAVID. Nihil hic dicitur de mortis genere ac funere Joram; id tamen habemus ex lib. 2 Paralip. cap. 21. De morte quidem, v. 18: *Percussit eum Dominus alvi langore insanabili, cùmque diei succederet dies, et temporum spatia voluerentur, duorum annorum expletus est circuitus, et hæc longè consumptus tabe, ita ut egeret viscera sua, langore pariter et siti caruit.* De funere statim: *Mortuusque infirmitate pessimâ, et non fecit ei populus secundùm morem combustionis exequias, sicut fecerat majoribus ejus.* Erat, ut apparet, odiosus populo, idque magno suo merito Joram, atque ideò alia omnia funeris officia impediti regibus solita omisit, neque aliud præstitit quo regium cadaver honestaret, præter sepulturæ locum. Neque in regum sepulcro tumultatus est, quod illo indignum honore, sed

in separato alio ignobilique sepulcro, in civitate David: sic enim habemus lib. 2 Paralip. c. 21: *Sepelierunt eum in civitate David, verumtamen non in sepulcro regum. Neque combustionis adhibuit, quod fortasse præcipuum erat in feralibus sacris. Quid porro sit in fanere combustio, diximus in nostris Commentariis super Jeremiam, ad illud c. 34, de Sedecia: Secundum combustiones patrum suorum regum priorum, qui fuerunt ante te, sic comburent te, ubi diximus apud Hebræos cadavera non solere comburi, neque huic rei quicquam incommode, quod Saülis et Jonathæ corpora combusta dicantur lib. 1 Reg. cap. ultimo; vide quæ diximus supra, ad hunc locum ex lib. 1 Regum cap. 31.*

Comburebantur igitur non cadavera, sed in cadaverum exequiis aromata varia, quod usitatum esse in multis nationibus, ex profanâ eruditione constat, quod idè faciebant, ne quid molestum exhalaret corpus exanile; quam ob causam unguentis quoque pretiosis ungebant. De utroque exempla apud profanos obvia. Virgilius lib. 6 Æneidos de Misenò:

Congesta cremantur

Thurca dona, dapes fuso crateres olivo.

Apuleius lib. 4 Florid.: *« Jam miseri illius membra omnia aromatis perspersa; iam os tipsius unguine odore delibutum. »* Statius 5 Sylv.:

Quis carmine longo

Exequias, et dona malo feralia pompe

Perlegat? omne illi stipatum examine longo

Ver Arabum Glicumque fluit, floresque Sabai

Indorumque arsuræ leges, præceptaque temptis

Thura.

Juxta hunc morem Persius satyr. 6:

Sed causam funeris hæres

Negliget iratus, quòd rem curtaveris, urne

Ossa inodora dabit.

De sacris est illud testimonium illustre de Christo, Joan. c. 19, v. 39: *Venit autem Nicodemus, qui venerat ad Jesum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ et aloës, quasi libras centum. Quod esse Judæis in suorum funere legitimum, docet id quod sequitur: Sicut mos est Judæis sepelire. Idem quoque præstitum est in funere Asa regis Israel, lib. 2 Paral. c. 16, v. 14: Et sepelierunt eum in sepulcro suo, quod foderat sibi in civitate David: posueruntque eum super lectum suum: plenum aromatibus et unguentis meretriciis, quæ erant arte pigmentartiorum confecta, et combusserunt super eum ambrosiam, viniâ. Hoc non videtur obscurum aut*

dubium; sed illud nostram cogitationem non nihil conturbat, quòd non dicuntur aromata in funere combusta, sed combustus ille, de cujus agitur funere, ut de Sedecia indicat Jeremias c. 34, v. 5: *Secundum combustiones patrum suorum regum priorum qui fuerunt ante te.* Sed est quid adhuc responderi possit non incommode: primum, quia ubi Volgatus, *comburent te*, Hebræicè est, *comburent tibi*, id est, in honorem tuum. Deinde, quia non rarò alicui tribuuntur illa quæ in id quod ejus causâ, aut in ejus honorem sūt, magis, aut etiam omninò conveniunt. Quo modo dicitur aliquem *bibere*, qui in illius honorem et gratiam, tot cyathos haurit, quot litteris concepit illius nomen: exempla sunt obvia, acæpe ex omnibus unum ex Martial. lib. 1, epigr. 39:

Nenia sæa cyathis, septem Faustina bibatur,

Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus.

Idem esse credo de ferali cœnâ, quæ in mortuorum inferiis porrigebatur illis, qui officii atque honoris gratiâ funus obibant. Sanè ita olim loquebantur Hispani, qui comeditum tunc dicebant, cùm feralibus de more epulis accumberent. Sic ergo comburi dici possunt mortuorum cadavera, cùm in illorum exequiis aromata cremantur.

REGNAVIT OCHOZIAS FILIUS EJUS PRO EO. Hic Ochozias absque dubio binomius fuit; vocatus est enim Joachaz lib. 2 Paralip. c. 21, v. 17, et c. 22, v. 1, idem vocatur Ochozias. De Joachaz illic dicitur: *Nec remansit ei (Joram) filius nisi Joachaz, qui minimus natus erat.* Hic: *Constituerunt autem habitatores Jerusalem Ochoziam filium ejus (Joram) minimum regem pro eo. Omnes enim majores nati, qui ante eum fuerant, interfecerunt latrones Arabum. En quomodo Joachaz natus dicitur minimus inter filios Joram, et superstes ex omnibus, quos latrones occiderunt; et idem omninò dicitur de Ochozia.*

VERS. 25. — ANNO DUODECIMO JORAM FILII ACHAB REGIS ISRAEL, REGNAVIT OCHOZIAS. Hic oportet revocemus, quæ paulò ante diximus, ad v. 16, regnasse filios aliquando cum parentibus simul, aliquando verò solos: et interdum numerari tantum annos, quibus aliquis solus regnum obtinuit, et hoc frequentius (quia hoc modo clarius temporum ratio constat, et rerum gestarum series intelligitur), aliquando omnes, quos cum parentibus simul in administrando regno posuerunt: sicut accidit Joram regi Juda, de quo nuper. Idem nunc accidit Ochozias, qui regnavit solum

unum annum, cum patre viginti, à primo videlicet anno, quo regnare cepit, nempe anno quinto avi sui Josaphat, tum autem annos natus erat viginti duos; at cum regnare solus cepit, annum agebat quadragesimum secundum, et tunc regnum inivit anno duodecimo Joram regis Israel, quo anno pater ipsius regno ac vitâ defunctus est. Nam si anno quinto Joram regis Israel regnare solus incepit alter Joram, necesse est, ut si octavo postquam obtinuit regnum anno decessit, anno decesserit duodecimo regis Israel; tot enim sunt anni Joram regis Israel, à quinto anno inclusivè, in cujus initio mortuus est Josaphat, et illi successit in regno jam solus Joram rex Juda. Quòd autem in principio anni quinti regis Israel ceperit regis Juda Joram solitarium imperium, ex eo constat, quia qui nunc dicitur annus duodecimus, in quo tempore regnare cepit Ochozias, capite sequenti v. 29, undecimus vocatur: *Anno undecimo Joram filii Achab regnavit Ochozias super Judam:* quæ loca conciliari non possunt, nisi dicamus aliquem ex his annis inchoatum esse, ita ut juxta Scripturæ morem, adhiberi possit vel omitti. Ex quo efficitur annum, in quo decessit Joram rex Juda, et regnum ejus loco inivit Ochozias, undecimum vocari, atque etiam duodecimum potuisse. Meminisse oportet Joram Ochozias patrem obiisse sexagenarium, ut diximus supra, v. 17, unde solvitur nodus ille, in quo extricando multi laborarunt, quòd mirram videretur filius parente senior. Nam Ochozias eodem anno, quo solus regnare est orsus, extinctus fuit, id est, annos natus quadraginta duos; nam uno tantum regnavit anno; quare decimo octavo parentis anno natus est Ochozias.

VERS. 26. — NOMEN MATRIS EJUS ATHALIA FILIA AMRI REGIS ISRAEL. Sicut progenitores, quantumcumque distent à posteris, patres appellantur, ut Abraham et Israel, illorum, qui ex eorum genere adhuc usque secula propagati sunt, sic etiam posterì, licet ab illis multâ successione distantes, filii vocantur. Athalia filia fuit Achab, ut constat supra, v. 18; dicitur tamen Amri filia, quia illius erat

CAPUT IX.

1. Eliseus autem propheta vocavit unum de filiis prophetarum, et ait illi: *Accinge lumbos tuos, et tolle lenticulam olei hanc in manu tuâ, et vade in Ramoth Galaad.*

neptis. Amri enim pater erat Achab. Quem admodum hoc ipso tempore Jehu, qui cap. sequenti v. 2, filius esse dicitur Josaphat filii Namsi, 2 Paralip. c. 22, v. 7, vocatur filius Namsi. Hebræi, ut in ejus Traditionibus refert Hieronymus, putant Athalam sororem fuisse Achab, et filiam Amri, dici tamen filiam Achab non naturâ, sed imitatione, quia filius mores ad vivum expressit. Sed errant hic Hebræi, ut alibi sæpè, neque deserendus sensus prior, qui et ipse facillor est, neque à litteræ proprietate distortus.

VERS. 27. — GENÈR ENIM DOMUS ACHAB FEIT. Vixit Ochozias more prorsus gentilico, sicut etiam pater Joram; uterque enim secutus est non tam parentem Josaphat, quam Achab, ejus filiam duxerat Joram, quæ fermentum Israeliticæ massæ pestilens fuit. Addidit præterea, ut ex domo Achab uxorem duceret, aut sororem matris, aut amitam, vel avunculam, filiam fortasse Joram regis Israel, quæ non videtur fuisse Athalia genitricæ melior, cùm educata esset in domo, atque adèò in sinu Jezabelis, cujus imbibit mores, et à teneris annis gentilicis hausit disciplinas.

VERS. 28. — ABIT QUOQUE CUM JORAM FILIO AD PRELIANDUM CONTRA HAZAEL. Voluit Achab, ut vidimus supra lib. 5, c. 22, vendicare sibi à Syrorum imperio Ramoth Galaad; in eo tamen bello, congressu primo infelicitè perit. Studio quoque regni amplificandi filius ipsius Joram persequi statuit, quod pater ante inauspicatò tentaverat. Et sicut Achab Josaphat regem Juda affinitate sibi conjunctum ad eam expeditionem socium adhibuit, sic etiam Joram affinitate, genereque conjunctum ad belli societatem ascivit Ochoziam. Cessit tamen male conatus ille, nam percussus graviter à Syris Joram cessit ex acie, et ut à vulnere commodis curaretur, recessit in Jezrahel. Neque tamen alii duces excesserunt è castris aut illi vulneratum Joram, et fugientem ex acie persecti sunt, ut ex cap. sequenti faciliè constabit. Ochozias reliquit castra, et ne videretur officium deserere, quod cognato regi et vulnerato debebat, descendit in Jezrahel, quòd ille saucius corpore, et aeger animo divtererat.

CHAPITRE IX

1. Or le prophète Elisée appela un des enfans des prophètes, et lui dit: *Ceignez-vous les reins; prenez dans votre main cette petite fiole d'huile, et allez à Ramoth de Galaad.*

2. Quand vous serez là, vous verrez Jehu,